rat. Hoc totū per gabrielē marie diuinit° nūciat.
Qualr autem ipsa ꝓceptio fuit mirabilis ostēdit
Bern. in sermone de vigilia natiuitatis xpi dicēs.
In illa assumptione fecit carni nre deus tres mir
turas mirabilr singulares ⁊ singulariter mirabi-
les. Cōiūcta sunt adinuicē deus ⁊ hō. mr ⁊ vgo.
fides ⁊ cor hūanū. In pma cōmixtiōe trinitas est
in substātijs ⁊ vnitas in psonas. sicut in sua diui-
nitate trinitas est in psonis ⁊ vnitas in substātia. ⁊
sicut iste psone nō scindūt vnitatē. nec vnitas mi-
nuit trinitatē. ita etiā psona hec nō ꝓfundit sbstā-
tias. nec ipse substātie dissipāt vnitatē. ¶ Secūda
est mr ⁊ vgo. A seculo qppe nō est audītū q virgo
peperit: ⁊ q vgo mr pmāserit. ¶ Tertia est fides ⁊
cor humanū. Mirū est enim quomō cor humanū
hijs duob° fidē accōmodauit q deus hō eēt: ⁊ q
vgo pepisset. Sicut enim ferrū ⁊ teste nō pñt con
iūgi sic nec hec duo queunt misceri si non misceat
glutinū spūs sci. Quia igit ꝓceptio sic mirabilis
fuit. iō fuit inuestigabilis ꝓpter qd dixit Joā. ut
habet Jo. j. Cuius nō sum dignus corrigiā calcia
mēti soluē. Per pedē sigēur diuinitas. per calcia
mētū signat caro. per corrigiā signat aia. Sicut
enim pes mediāte corrigia iūgit calciamēto. sic di
uinitas mediāte aia carni vnit. Qui aūt nescit me
diū: ignorat extrema. Et qr Ioānes dixit se nō esse
sufficiētē itelligere uel alijs exponē xpi corrigiā. i.
eius aiam. per ꝓsequēs relinqtur q nō sit sufficiēs
cognoscē eius pedē. i. eius diuinitatē. nec calcia-
mentū. i. eius corpus de spū scō gestū. De hoc sic
Petrus Ra. dicit. Hoc ieffabile sacrm dñice cō-
ceptionis magis ꝓuenit credē q̃ referre. Nam qd
natura non hēt: usus nescit: ignorat rō: mens non
sapit: celū pauet: terra stupet: creatura mirat. q̃lī-
ter humanus sermo narrabit. Quis enim attin-
geret archanū diuinitatis. partū. causam rerū. se-
culoꝝ negociū. diuinitatis ⁊ humanitatis cōmer
ciū. hoiez deū? Hiero° in fmone de assumptione.
Fuit igit mirabilis qr fuit supra naturā: ⁊ ex eo q
sine dolore peperit. supra cōsuetudinē. ex eo q sine
petō ⁊ de spū scō ꝓcepit. ¶ Sermo. xiiij.

c Ontriuit vgo maria caput serpētis inser
nalis iurta illud Gen. iij. Ipsa cōteret ca
put tuū. Per caput pōt itelligi eius sug-
gestio. uel potestas uel astutia. Primum caput. s.
suggestionis ipsa cōtriuit ⁊ ꝓfregit: ita q nulla ad
ipsam appropinq̃re uel accedē ausa fuit. Fulber
tus carnocēsis eps. Quid est caput serpētis ꝓterē
nisi principalē diaboli suggestionem resistēdo supa
re? Et subdit. Bta igit maria eius caput cōtriuit
in hoc q vginitatē ⁊ humilitatē seruauit. Virgi-
nitate nāq̃ extinxit ꝓcupiscētiā carnis. humilita-
te supbiā mētis. ¶ Scōm caput. s. eius potestatē
ipsa ꝓtriuit per filiū quē genuit. qui diabolus suo
dñio spoliauit. ¶ Tertiū caput. s. eius astutia diui
dit in tria capita. s. in sapiaz terrenā. aialē ⁊ diabo-
licā. sicut dr Jac. iij. Sed ipsa ꝓtriuit sapiam ter-
renā per pauptatē. aialē. i. carnalē per vginitatez.
Et diabolicā. i. supbiā per humilitatē. ¶ Vel po
test dici q diabolus est malitiosus. imūdus. sup-
bus ⁊ astutus. Ipsa enim ꝓtriuit malitiosuz per
charitatē suam. Judith. ix. Percuties euz labijs
charitatis mee. Sicut enim uenenū serpens por-
tat in ore sic diabolus semp portat in suggestiōe.
Et sicut serpēs qñ lapidib° obruit fundit° necat.
sic diabolus oronib° btē marie ꝓcutit. ⁊ ab oi sua
malitia eneruat. Ideo bene dr. Percuties labijs
charitatis mee. Labia charitatis sunt btē vginis
orones quas pro nobis effundit ex intimo affectu
cordis. ¶ Scdo ꝓtriuit imūdū per vginitatē suā.
Demones enim dicunt imūdi qr diligūt imūdi-
tiā. Immūditias ꝓcurāt ⁊ suadēt. ⁊ in cordibus
imundoꝝ morant libēter. Sed istos imūdos ipsa
ꝓtriuit merito sue virgitatis ⁊ puritatis. Judith
ix. Erit eni memoriale nois tui cū manus femi-
ne deiecerit euz. Ista est illa manus de qua dicit
Prouer. ult°. Manū suā misit ad fortia. Que aūt
sint illa fortia dicit ibidē. Accinxit fortitudine lū-
bos suos. ⁊ roborauit brachiū suū. ¶ Tertio ꝓtri
uit supbū per humilitatē suā. Judith. xiiij. Una

mulier hebrea fecit pfusionē in domo nabuchodonosor. Sicut enī est magna pfusio alicui gigāti si vna puella ipm ligaret. sic supbis demonib' fuit magna pfusio qñ vna puella per eius humilitatē: eos supbiā supauit. Job. xl. Ligabis eū ancillis tuis. Una de maiorib' ancillis dei fuit vgo maria que per suā humilitatē diaboli prātē alligauit. ¶ Quarto ptriuit diabolū astutū per suā sapiētiā. Judicū. iiii. In manu femine tradet sysara. i. diabolus. Ipse enī diabolus est ualde astutus. ij. Cor. xi. Timeo aūt ne sicut serpēs euam seduxit astutia. ita corrūpant sensus uri. Virgo aūt sapiens est ualde. Prouer. xiiij. Sapiēs mulier edificat domū suā. i. militātē ecclīam. Ipse igit sysara tradit' est in manus femie. q: astutia diaboli tradita est sapie marie. q: illud qd diabolus astute cogitat. hoc ipsa sapiēter ordinat. Ista est illa mulier sapiēs de qua dī. ii. Re. xx. c°. Exclamauit mulier sapiēs de ciuitate. Et infra. Ingressa est ergo ad oēm pplm ⁊ locuta est eis sapiēter. Qui abscissum caput sibe piecerūt ad ioab. Ista mulier sapiēs ad deū clamat. qñ suis oronib' pro nob apd deū iterpellat. Ista sapiēter ad populū loqtur. qñ eius ispirationib' illuminamur. Ista caput sibe amputauit. qñ diabolicas suggestiones frāgit penit' ⁊ eneruat. ¶ Vel pōt dici q: per hoc qd dicit Ipsa pteret caput tuū. ostēdit victoria vginis super diabolū qdruplicitrōne. ¶ Primo rōne pterentis cū dī. ipsa. q: nō fuit vir sed femina. ¶ Secdo rōne modi pterēdi. q: nōpcussit nec vulnerauit sz ptriuit. Qd enīz pcutit vulnerat. iterdū sanat. qd vo pterit nunqz ulteri' repat. ¶ Tertio rōne ptis quā ptriuit. q: nō caudā sed caput. i. suggestionez suā. ⁊ ió dicit. caput tuū. Serpēs enīz pcussus in cauda euadit. in capite cōtritus nunqz resurgit. ¶ Quarto rōne psone quā ptriuit q: nō aliquē de puis demonib'. sed ipm pncipē demonioz cōtriuit. qd notat siliter per hoc qd dī caput tuū. Ille enim serpēs qui euā decepit figurabat psonā luciferi qui est caput demonū. ¶ Sermo. xv.

Conuersatio marie fuit ualde sācta. ualde fructuosa. ⁊ ualde honesta. ¶ Ualde scā qdē fuit. q: nō hitabat in terris sed in celis. Eccli. xxiiij. Ego in altissimis hito. Gyruz celi circuiui sola. Jō poterat dicē cū aplo Philip. iij. Nra conuersatio in celis est. Cōuersatio aūt dicit tota vitā hois. s. cogitationes cordis. locutiōes oris ⁊ effect' opis. Istis trib' modis conuersabat in celis. Jō dī de muliere forti Prouerb. ult°. Gustauit ⁊ vidit qñ bona est negociatio eius. Ecce qa in corde hūit desideria saporosa. Os suū apuit sapiētie ⁊ lex clemētie in lingua eius. Ecce q: in ore hūit ōba gratiosa. Accinxit fortitudine lūbos suos ⁊ roborauit brachiū suū. Ecce q: hūit opa virtuosa. ¶ Secdo ei' conuersatio fuit famosa. s. deo p humilitatē. angelo ppter vginitatē. hoib' ppē fecūditatē. Judith. xv. Tu glia hierlz. i. dei in quo est visio pacis. ⁊ hoc ppter tuā humilitatē. Tu letitia isral. i. angeloz qui videt deū facie ad faciem. Et hoc ppter tuā vginitatē. Tu honorificētia populi nri. Et hoc ppter tuā fecūditatē. De hijs tribus dicit Ber. sup Missus est. Singularis marie vginitas q nō temerauit sed honorauit fecūditas. sed nihilominus spālis humilitas quā non abstulit. sed extulit icōparabilis prius fecūditas. quā vginitas simul pcomitat ⁊ hūilitas. ¶ Tertio eius conuersatio fuit ualde honesta. q: semp cuz honestis psonis fuit conuersata. s. aut cū filio. aut cū angelo. aut cū cetu aplico. aut cū ioseph spōso suo. aut cū ioāne sibi in custodem deputato. Fuit igit conuersata cū filio. q: ipm nunqz deseruit. sed semp eū associata fuit. Mā secuta est euz nascētem Luce. ii. Inuenerūt mariā ⁊ ioseph. ⁊ infantē positū in pseplo. In egyptū fugiētē. Mat. ii. Surge ⁊ accipe puerū ⁊ matrē eius ⁊ uade in terrā iuda. In tēplo cū doctorib' disputātē. Luce. ij. Inuenerūt eū in tēplo. sedētē in medio doctoz. In nuptijs conuiuātē. Jo. ii. Nuptie facte sunt in chana galilee ⁊ erat mr iesu ibi. In pplo pdicātē. Matt. xij. Adhuc eo loquēte ad turbas ecce mr ei' ⁊ fratres ⁊c. In patibulo moriētē. Jo. xix. Stabat iuxta crucē iesu mr eius ⁊c. De tumulo resurgētē. qa sibi pmo cred' appuisse. In celū ascēdētē. vñ dicit scūs Odilo. Credim° ipsaz iterfuisse gaudijs ascēsionis dñice. ⁊ in die pēthecostes spūs sci grāz cū aplis recepisse. quā cōstat a pceptione xpi plenissime hūisse. ¶ Secdo conuersata fuit cū angelo. vñ dicit Hiero' in ꝓmone de assūptione. Si querat quid egerit btissima vgo post ascensionē filij. vnū pro certo est q: vgo scā mēte ac corpe pmāsit quā sane gabriel angelus celestis paranymphus iractā custodiuit. Angelus enim custodiuit ipam nascētē. ipsam in mūdo cōuersantē. ipsam ad celestē patriā reuertētē. Jō poterat dicē cum Judith xiii. Viuit dñs q: custodiuit me angelus eius. ⁊ hic eūtem. ⁊ ibi cōmorātē. ⁊ inde huc reuertētem. ¶ Tertio conuersata fuit cū cetu aplico. Hiero' in ꝓmōe de assūpt'. Post ascēsionē xpi marie conuersatio generalī cuz aplis usqz ad eoz dispsionē fuit. Ipsa enim aplos letificat pūcia sua. Uñ quilibet aplus potuit dicē illud Sap. viij. Intrās in domū meā cōquiescā cū illa. nō enī hēt amaritudinē conuersatio illius. nec tediū conuiu' illius. sz letiā ⁊ gaudiū. ¶ Secdo istruebat eos doctrina sua.

Hiero. ubi supra. Ecce dño iesu ascēdēte in celum ego cū aplis uacat in scola ꝛtutū. ac meditat in lege mādatoꝝ dei. ut ipsa sit forma discipline xpi. ⁊ ꝛginib⁹ ceteris exēplū pfectionis. ¶ Quarto conuersata fuit cū spōso suo uerū est tū q̄ ioseph propter ꝛginis scitatē nolebat cū ꝛgine ꝓuersari. sed uolebat ipsam occulte dimittē. vñ dicit Origenes Joseph ꝛtutē mysterij in ea cognoscebat. ⁊ indignū iō sibi appropinq̄re estimabat. humiliās ergo se aū tātā ⁊ ieffabilē rē. se lōge facē querebat. sicut ⁊ bātus petrus se humiliās dño dicebat. Recede a me dñe q̄ hō pctōr sum. Jō noluit eā occulte dimittē dicēs. Maior est enim ei⁹ dignitas. supexcellit ei⁹ scitas. nec mee ꝓgruit dignitati. Chry. sup Mat. O ieffabilis laus marie. magis credebat ioseph castitati eius q̄ utero ei⁹. ⁊ plus gfe q̄ nature. ꝓceptionē manifeste videbat. ⁊ fornicationē suspicari nō poterat. Possibilius credebat mulierē sine viro concipe q̄ mariam posse peccare. ¶ Quinto cōuersata fuit cū ioāne euāgelista. Hiero⁹ ubi supra. Quāuis oēs apli bātissimā uenerati sunt ioānes tū eidē amplius usq̄ ad finē vite dēlauit q̄ sibi a benigno magro cōmissam in suā q̄ si filij i matrē accepit qñ xps sibi dixit. Mulier ecce filius tuus. Ipsa tū de ista tali recōmēdatione cō solationē nō hūit. sed de ipsa magnū ꝓcepit dolorē. Ber. in ꝓmone de assūptē. Mōne plus q̄ gladius fuit ꝓmo ille. Mulier ecce filius tuus. O cōmutationē ioānes tibi pro iesu tradit. Seru⁹ pro dño. Discipulus pro magro. Filij zebedei pro filio dei. Purus hō pro deo uero. ¶ Sermo. xvj.

Corpus btē marie nulli coruptioni vnq̄ fuit subiectū. nec in sua natiuitate. nec in filij sui ꝓceptione. nec in vita nec in morte. Nec mirū. q̄ corp⁹ suū fuit in utero scificatū. In filij ꝓceptione fuit solari radio illustratū. In vita sua fuit triplici custodia ꝓmunitus. In morte sua fuit q̄druplici ꝓrogatiua dotatū. ¶ Primo igitur corp⁹ eius in natiuitate sua nulli coruptioni fuit subiectū. q̄ fuit in utero scificatū. ps. Sctificauit tabnaculū suū altissim⁹. Ber. Est itaq̄ ꝓgo regia ueris honoꝝ titulis cumulata. que proculdubio scā fuit anteq̄ nata. Ildefons toletan⁹ archiepus. Si btā maria in utero scificata nō fuisset. ei⁹ natiuitas colēda nō eēt. Nullis ergo qñ nata est delictis subiacuit. nec originale petrh in utero scificata ꝓrit. ¶ Secō corp⁹ eius nulli coruptioni fuit subiectū in filij ꝓceptione q̄ fuit solari radio illustrata. Ista enī est illa mulier de qua dī Apoc. xii. Mulier amicta sole. Sicut enī radiū solis vitrū ⁊ speculū itrat ⁊ exit sine vitri coruptiōe. sic xps in matrē suā itrauit ⁊ exiuit sine mīni pudoris violatione. Aug⁹ de hoc sic dicit in ꝓmōe de natē. dīt: Solis radius speculū penetrat ⁊ soliditatē ei⁹ insensibili agilitate ptrāsit. ⁊ talis manet extrinsecus q̄lis itrinsecus. Itaq̄ frēs nec eū igredit violat: nec cū egredit dissipat. q̄ in igressu ⁊ egressu speculū itegrū pseuerat. Deinde ꝓcludit. Speculum ergo nō rūpit radius solis. ⁊ itegritatē ꝓginis ingressus aut egressus vitiare non potuit claritas deitatis. ¶ Tertio corpus eius in vita nulli coruptioni fuit subiectū. q̄ fuit triplici custodia premunitū. s. ꝓpria. angelica. ⁊ diuina. Per hāc triplicē custodiā dī Cant. iiij. Hort⁹ ꝓclusus es soror mea. spōsa. hort⁹ ꝓclusus. fons signatus. Bis uocat eā hortū ꝓclusum. Fuit enīz hort⁹ ꝓclusus quātū ad custodiā ꝓpriā. q̄ sensus suos ⁊ cor suū semp custodiuit. ⁊ in thalamo se ꝓclusit ut qeti⁹ deum exoraret. ⁊ sensus suos custodiret. Ber. super Missus est. Puto q̄ angelus ꝓgressus est in secretariū pudici cubiculi. ubi fortassis illa clauso supse ostiolo patrē suū orabat in abscōdito. Clausit q̄ dē illa ostiū suū nō angelis sed hoib⁹. Nō est ergo suspicādū q̄ angelus aptū iuenerit ꝓginis ostiolū cui nimirū erat in ꝓposito frequētias hoiuz fugere. colloqa vitare. ne uel orātis silētiū turbaret. uel ꝓnētis castitas tētaret. nec fuit angelo difficile per ostiolū clausum abscōdita ꝓginis penetrare cui utiq̄ ex nature sue subtilitate qlibet corp⁹ quātūcūq̄ solidū uel spissum aut purū penetrabile fuit. ¶ Secō fuit hort⁹ ꝓclusus ꝓpter custodiā angelicā. q̄ angelus eā custodiuit. Ideo poterat dicere cū Judith. xiij. Viuit dñs q̄ custodiuit me angelus eius. ⁊ hinc eūtē. ⁊ ibi cōmorātē. ⁊ inde huc reuertētē. Virgo aūt btā hūit vitā actiuā que reqrit magnā sollicitudinē. Et iō hinc dicit eūtē. hūit vitā ꝓtēplatiuā que reqrit mentis qetē. Et iō subdit ⁊ ibi cōmorātē. ⁊ nihilomin⁹ sullipsius nō obliuiscebat sed ad sui custodiā reuertebat. Et iō subdit. Et inde huc reuertētē. ¶ Tertio fuit fons signat⁹ quātū ad custodiā diuinā. Deus enī ipsam signauit qñ eā sibi in spōsam elegit. ⁊ iō ipse solus clauē portabat. cuius thesaur⁹ intus latebat. Istō signaculū monet spōsus ut ipsa super se accipiat. Cant. viij. Pone me sicut signaculū sup cor tuū. ut signaculū sup brachiū q̄ fortis est ut mors dilectio tua. Ex qb⁹ ꝓbis habet q̄ de⁹ signauit in ea suā itellectiuā ita ut in ea nihil possit itrare ignorātie. Jō dicit. Pone me sic signaculū sup cor tuum. Signauit eius opatiuā ita ut nihil in ea possit itrare negligētie. Jō dī Ut signaculū sup brachiū tuū. Signauit eius affectiuā: ita ut in ea nihil intrare possit affectionis mūdane. Jō subdit. Fortis est ut mors dilectio tua. ¶ Quarto ei⁹ cor

pus nec in vita nec in morte ulli corruptioni subiacere potuit. qz fuit q̃druplici prerogatiua dotatũ. ¶ Primo enĩ fuit a patre firmiter compaginatũ. Can. ix. Soror nr̃a puula est tc̃. Et infra. Si ostium est cõpingam⁹ illud tabulis cedrinis. Corp⁹ nr̃m est cõpaginatũ tabulis luteis. Job. iiij. Qui hĩtãt domos luteas qui terrenũ hũt fundamẽtuz psument̃ uelut a tinea. Et iõ ad quĕlibet ipulsum tẽtationis uel tribulationis cadit. Qũ signatũ est Dan. ij. Vbi dĩ q̃ lapis pcussit pedes ficiles statue z statim cõminuta est. Corpus aũt vginis fuit tabulis cedrinis cõpaginatũ. Lignũ enĩ cedrinũ est tã forte z solidũ q̃ flecti nõ põt per aliquã violẽtiã uel põdus. Sic z corp⁹ vginis fuit tã firmit cõpagiatũ q̃ in vita nec potuit frãgi uel flecti per pctũ. nec in morte potuit frãgi per aliquã corruptionẽ. ¶ Scõo eius corp⁹ fuit sapiẽter a filio ptẽperatũ. Corp⁹ enĩ nr̃m multas hẽt distẽperãtias. siue er supfluitate humoz. siue er corruptione vitiorũ. siue er pugna que est iter corp⁹ z spũm. z iõ ei to cadit siue in pctũ. siue in mortẽ. Eze. ij. Edificabãt parietẽ z linĕbãt eũ luto absq̃ tẽperamẽto. Dic ad eos qui linĕbãt absq̃ tẽperatura q̃ casurus sit. Illud aũt distẽperamẽtũ nõ fuit in corpe vginis qz nõ fuit ibi corruptio humoz siue vitioz. qa terra sua erat in aurũ puersa. In aurũ aũt nõ icidit corruptio. Job. xxviij. Glebe illius aurũ. Nec fuit ibi distẽperãtia. i. pugna iter corp⁹ z spũm suũ qz cũ iã eẽt archa dei oia in ipsa fuerũt pacificata. ¶ Tertio eius corp⁹ fuit a spũ scõ clemẽter depuratũ. Corp⁹ aũt nr̃m hẽt multas impuritates. sed ignis spũs sci oẽm carnalitatẽ extinxit in corpore vginis z psũpsit. z ipm ad oẽm puritatẽ addurit. vñ põt dici sibi illud Ysa. i. Excoquã ad purũ scoriã tuã. Tũc aũt ignis spũs sci oẽm scoriã vginis excoxit. qñ oẽm carnalitatẽ z oẽm fomitẽ in ea cõsumpsit z ad puritatẽ addurit. Malach. iij. Ipse enĩz q̃si ignis pflãs z sedebit pflãs z emũdabit argẽtũ. ¶ Quarto ei⁹ corp⁹ fuit a tota trinitate mirabiliter ibalsamatũ. Tũc enim tota trinitas ipsam ibalsamauit. qñ tota deitas in eius utero hĩtauit. z filij⁹ dei de ea carnẽ assũpsit. z iõ ipsa dicit Eccli xxiiij. Quasi balsamũ nõ mixtũ odor meus. Deitas enim filij dei fuit carni vnita sed nõ admixta. Iõ dicit. Quasi balsamũ nõ mixtum odor meus. Ber. sup illõ. Spũs sctũs supueniet in te. Precio suz illud balsamũ tãta ibi copia. tãta ifluit plenitudine. ut plenissime effluas circũq̃z. ¶ Ser. xvij.

c Rater est virgo maria siue cratera dĩ iuxta illud Cant. vij. Vmbilicus tuus sicut crater tornatilis nunq̃z indigẽs poculis. Et uocat hic btã vgo crater z vmbilicus. Dicitur aũt vmbilicus btã vgo qz sicut vmbilic⁹ est in medio corpis. sic z ipsa est mediatrix generis humani. pã. De⁹ rex nr̃ aũ sclã opat⁹ est salutẽ in medio terre. Ber. videlicet in utero vginis. ad quã sicut ad mediũ. sicut ad causam rerũ. sicut ad negociũ seculoz respiciũt. z qui hĩtãt in terra. z in iferno. z qui nos hcesserũt. z nos qui sumus. z qui nos sequent. z natinatoz. z qui et eis nascent. qui i celo sunt ut restaurent. Qui sunt in iferno ut eripiãtur. Qui hcesserũt pphe ut fideles inueniant. Qui sequent ut glificent. Idcirco beatã te dicent oẽs generationes. Genitrix dei: regina celi: dña mũdi que gnãtionib⁹ cũctis vitã z gliaz genuisti. In te repiũt cũcti angeli letitiã. iusti grãm. pctõres ueniã. In te oculi totius creature merito respiciũt. qñ de te z in te benigna manus oipotẽtis quicqd creauerat recreauit. ¶ Scõo dĩ crater inq̃ztũ fuit uas dei. plenũ grã z spũ scõ. ¶ Notandũ aũt q̃ in uetere testamẽto ad tria utebat̃ cratera ppt̃ que btã maria assimilat̃. ¶ Primo ad recipiẽdũ sãgui nẽ imolatitiũ. Exo. xxiiij. Tulit moyses ptem sanguinis z misit in crateras. ptem aũt residuã fudit sup altare. Sãguis xpi fuit quodãmõ diuisus in duos. s. in vginẽ z in xpm. Nã in xpi passione vgo btã fuit quodãmõ tota sanguie xpi cruẽtata. z quodãmõ cũ filio martyriũ passa iurta illud Luce. ij. Tuã ipsi⁹ aiam ptrãsibit gladi⁹. Iõ poterat dicẽ illud Exo. iiij. Spõsus sanguinũ tu mihi es. Et tũc sanguis xpi quodãmõ posit⁹ fuit in cratera. i. in vgine btã. Xps etiã fuit tot⁹ sanguine cruẽtat⁹ ppter qõ angeli admirãtes direẽt Ysa. lxiij. Qua re rubrũ est idumětũ tuũ. Et tũc sanguis xpi fuit fusus sup altare. i. sup ipm xpm qui est inter nos z deũ. ¶ Scõo utebat̃ cratera ad sacrificia libãtiũ Nota. dĩ aũt in hiſtoria scolastica q̃ eoz que deo offerebant̃. aut erat de aialibus z dicebat̃ sacrificium. Aut erat de sicca materia sicut de simila pane z thure. z tunc ppie dicebat̃ oblatio. Aut erat de liqdis vino z oleo. Et ppie dicebat̃ libamẽ siue libatio. In crateris igit̃ vinũ z oleũ recipiebat̃ quãdo libatio deo offerebat̃. Beata igit̃ maria fuit plena vino diuine gratie ideo uocat̃ vitis. Eccli xxiiij. Quasi vitis fructificaui. ¶ Tertio utebatur ad effundẽdum sitiẽtibus potum. vnde dicitur in supiori auctoritate. Sicut crater tornatilis. nũq̃z indigens poculis. Beata igit̃ maria despicientibus amorem mũdi: z desiderãtibus amorem dei dat poculũ: scilicet vinũ spiritus sancti quod generat internam iocũditatem. pz. Vinum letificat cor hominis. z generat puritatẽ z mũditiam. Zacha. ix. Vinum germinans virgines. Et generat peccati amaritudinem. Cant. viij. cap⁰. Dabo tibi

poculũ cr myrrha ꝓditũ. ¶ Tertio dī crater tornatilis. que qdē hēt formā sperica. Forma aūt spica hēt magnā capacitatē ⁊ iterminabilitatē. motũ facilē. ⁊ cursuꝫ uelocē. Iō dī btā vgo crater tornatilis. ¶ Primo ꝓpter capacitatē. Naꝫ itra viscera sue pietatis recipit oīa remedia ⁊ aurilia nre salutis iurta illud Ecci. xxiiij. In me oīs grā vite ⁊ ueritatis. Et qb⁹ vbis hētur q ipa recipit iustos dādo eis grām. Accipit pctores dādo eis ueniam. Recipit ignorātes ⁊ cecos ostendēdo eis ueritatem purā. Recipit desperantes dando eis spem certā. Recipit debiles ⁊ ifirmos dādo eis vtutē ⁊ cōstātiā. ¶ Secdo dī tornatilis ꝓpter iterminabilitatē. qꝛ eius misicordia nullo mō claudit nec finit. sed a pncipio usq; in finē vite nre: eius misicordia nos comitat. ¶ Tertio dī tornatilis. qꝛ hēt motuꝫ facilē ⁊ cursuꝫ uelocē. Quāuis alij sci de facili moueant ad nrm auriliū. ipa tñ oīb⁹ sctis mouet facilius ad nos. Sap. vij. Oīb⁹ mobilib⁹. i. oīb⁹ sctis ad nrm auriliū ueniētib⁹. mobilior est sapia. i. virgo btā; que dei sapiam gnāuit. Currit etiā uelocit ad nos iurta illud Cant. ij. c°. Surge ꝓpera amica mea. ¶ Quarto dī crater nunq; indigēs poculis. qꝛ q̄tūcūq; nobis grām dei effundat. nūq; tñ deficit. sed ampli⁹ crescit. si tñ crescē posset. Uidemus eni q̄ q̄to aliqs amat: tanto plus de amore effundit in ipm. ⁊ tāto ampli⁹ crescit amor in ipso amāte. ⁊ iō fons amoris de ipo fluru ampli⁹ crescit. Rēnuēdo vo amorē suū retinet. deficit. ⁊ arescit. Qui eni amorē suū retinet ne in aliū fluat. tā nil amoris hēt. qꝛ in eo aruit fons amoris. Quāuis igit ista cratera dei semp effluat. nunq; tñ indiget poculis. qꝛ semp est plena ⁊ supplena. Ideo dī Cant. iiij. Fōs hortoꝝ puteus aquarũ viuētiũ. ipa eni est fons. qꝛ semp emanat. ⁊ est pute⁹ aquaꝝ viuētiũ. qꝛ aīa arida viuificat. Et fluit cū ipetu de libano. qꝛ mētes letificat. pſ. Fluminis impetus letificat ciuitatem dei. ¶ Sermo primus.

Delitias hēt vgo maria tā spūales q̄ celestes. tā in hoc mūdo q̄ in alio iurta illud Cant. ult°. Que est ista que ascēdit de deserto delitiis affluēs inira sup dilectũ suū. ¶ Primo igit hūit delitias spūales in hoc mundo que fuerūt ser de qb⁹ dicit Ber. sic Qui dei delitias diteriz. vginitatis dec⁹ cū munē secūditatis hūilitatis īsigne distillātē charitatis sauū. ⁊ in misericordie viscera. plenitudinē gre. progatiuā glie singularis. ¶ Propter pmas q̄tuor delitias dī Cant. i. Cū eēt rex in accubitu suo nardus mea dedit odorē suū. Iste rex hūit tres accubit⁹. s. sinū pris. uterū vginis. ⁊ patibulū crucis. Nardus aūt est herba hūilis odorifera ⁊ calida. per hoc q̄ est hūilis notat eius hūilitas. per hoc q̄ est odorifera notat eius vginitas. per hoc q̄ est calida notat ei⁹ charitas. Dū igit esset rex in accubitu pris odorē dedit marie hūilitas que itātū xpo placuit. q̄ ad eā descēdit. Dū eēt i accubitu uteri vgialis odorē dedit ei⁹ vginitas. qꝛ eius puritate pasceba. Cant. ij. Qui pascit iter lilia. i. corda mūda. Dū esset in accubitu crucis odorē dedit ei⁹ charitas. qꝛ sm Ambro. Ad patiēdū cū filio pro hūano genē erat parata. ¶ Propter alias tres delitias dī Cant. iiij. Que est ista que ascendit de deserto sic vgula fumi ex aromatib⁹ myrrhe ⁊ thuris. ⁊ vniuersi pulueris pigmētarij. Fuit eni vgula. qꝛ fuit fleribilis ad pietatē. Ex aromatib⁹ qꝛ plena fuit odorib⁹ oīuꝫ vtutũ. Et vniuersi pulueris pigmētarij. Uniuersi enim pulueres pigmētorꝫ. sunt diuersitates oīuꝫ vtutũ ⁊ grārũ. qꝛ oēs grās ⁊ glias quas alij scti hūerūt pticulariter. ipa hūit vniuersalr. ¶ Secdo hēt delitias celestes. ⁊ iste sunt in triplici differētia. Sūt eni delitie gnāles. singulares. ⁊ spāles. Delitie generales sunt oīb⁹ scis cōes. de qb⁹ dicit Aug⁹ in libro de ci. dei. Ciuitas supna videt ⁊ amat. in eternitate dei viget. in vitate dei lucet. in ueritate dei gaudet. Iste aūt delitie cōes. nobili⁹ sūt in vgine q̄ in ceteris scis. qꝛ iocūdi⁹ gaudet. clarius videt. nobili⁹ viget. Sap. iiij. O q̄ pulchra est casta gnātio cū claritate. In hoc q̄ dicit casta gnātio. notatur q̄ iocūdi⁹ gaudet. de eo. s. q̄ vgo pmāsit. ⁊ tñ gnāuit. In hoc q̄ dicit cū claritate. notat q̄ clarius lucet siue videt. In hoc eni qd̄ seqt Immortalis est eni memoria illi⁹. notat q̄ nobili⁹ viget. Delitie aūt spūales sunt q̄s nō oēs sci possidēt. s; soli vgines hūt. s. aureolā in capite. qd̄ significatuꝫ est Exo. xxv. Ubi dñs pcepit moysi q̄ sup mēsaꝫ coronā aureā faceret. coronā aureolā uestes fulgide in corpe. Apoc. iij. c°. Ambulabūt mecū in albis Ineffabile cāticū in ore. ut hētur Apoc. iiij. Et familiaritas i associatiōe. Apoc. xiiij. Hi oēs sequūtur agnū quocūq; ierit. he aūt delitie spūales gloriosius fuerūt in vgine maria. de qua dī Apoca. xij. Signū magnū appuit in celo mulier amicta sole ⁊ luna sub pedib⁹ ei⁹. ⁊ in capite ei⁹ corona stellaꝝ. xij. ⁊ in utero hās. Alie aūt vgies hūt coronā aureolā. Hec aūt hēt coronā stellarũ xij. adornatā. Alie decorant uestē alba. Hec vo est sole amicta. Alie sequunt agnuꝫ pedib⁹ suis. Hec aūt hēt lunā. i. militātē ⁊ triūphātē ecclesiā sub iperio suo Alie cātāt pro ꝓseruata vgitate. Hec aūt pro vginitate ⁊ secūditate. Iō dī in utero hās. ¶ Tertio hēt delitias singulares. qd̄ notat p hoc q̄ dī. Innira sup dilectũ suū. Ubi notat q̄ q̄tuor sunt eius delitie singulares. ¶ Pria est securitas: ⁊ istā hūil

maxime in mūdo. Secura qdē erat q: nunq̄ cadere poterat. q: sup ꝑcū inixa erat. ps. Qui confidūt in dño sicut mons syō ꝛc. ¶ Scōa est magna dignitas. Innixa enī erat ei a quo angelice potestates reuelādo resiliūt. ꝛ in cui⁹ ꝓspectū aspiciēdo rēnuūt iuxta illud Tremūt videntes angeli. ¶ Tertia est eius familiaritas. Signū magne familiaritatis fuit qñ ioānes in sinu xpi recubuit. hec autē recubuit tāto dulci⁹ quāto familiari⁹ quāto secretius atq̄ sublimi⁹. Qui enī alicui rei initiat virtutē ei⁹ sibi assumit. ꝛ ea sicut vult utit. sic ꝛ mr̄ de potētia filij cui est inixa ḡtū vult sibi assumit. Jō dr̄ Eccli. xxiiij. In hierlm ptās mea. Ber. Qñ miseri nō poterit mr̄ oipotētie. ¶ Quarta est filij sui tota ꝓprietas. qō notat cū dr̄. sup dilectū suū. q: nō fuit ibi aliqs pr̄ carnalis. ꝛ iō sibi merito attribuit totus cū dr̄ Sup dilectū suū. Alij enī filij nō sūt totalr̄ mr̄is. sed sunt etiā ꝛ patris. ¶ Sermo. ij.

Jes dr̄ a dyan qō est clarū. ꝛ sigt virginē mariā que fuit celesti claritate pfusa. Si enī alij sci dicunt dies iuxta illud Thess. v. c°. Oēs uos filij lucis estis. ꝛ filij dei. in qb⁹ tū fuit aliqñ aliq̄ tenebra culpe. multo forti⁹ ille debet dici dies. in quo semp lux dīna effulsit ꝛ nunq̄ in ea aliq̄ tenebra locū hūit. Si enī in isto mūdo visibili corp⁹ opacū. i. terra soli se nō interponeret: tunc sol semp diem faceret: ꝛ nunq̄ nox eēt. In maria igit nunq̄ aliqd fuit opacū nihil terrenū. nihil rōni ꝑriū. ꝛ iō nulla nox ibi potuit hēre locū. sz semp tanq̄ dies lucida irradiauit. Jac. xiiij. Erit dies vna que nota est dño. nō dies neq̄ nox. i. nō vicissitudo dierū neq̄ noctiū. Ista talis dies que nūq̄ hūit noctē est vgo maria. que sic dr̄ Sap. vij. hec est speciosior sole. Illi enī nō succedit nox. Sapia aūt vincit malitiā. De ista sapia dr̄ in ps. Dies diei eructat vbū. ꝛ nox nocti indicat sciam. Xps enī; est dies. ꝛ vgo est dies. Qñ igit isimul erāt ꝛ mutuo loqbant. tūc dies erat cū die. ꝛ dies diei vbū eructabat. Ecōtrario adā erat nox ꝛ eua nox ꝛ ambo voluerūt hēre dei sapiam. ꝛ iō tūc nox nocti indicauit sciam. Hēt aūt dies tres pncipales ptes. s. mane. ꝛ dr̄ mane a mane qō est bonū. ꝛ luce que tūc incipit nihil est meli⁹. ¶ Scōa ps est meridies. quasi mera dies. ¶ Tertia est uespe que dr̄ a stella occidētali que uespus appellat. ꝛ solē occidētē sqtur. Quātū vo ad istas tres ptes diei. btā vgo dr̄ dies Est enī dies ḡtū ad ipsam ptē diei que est mane. Nā mane est finis dormitionis ꝛ initiū opatiōis. hora sobrietatis ꝛ celebritate digestionis. Btā qui dē vgo fuit finis dormitionis. Pctōres enī dormiūt in pctis. j. Thes. v. Qui dormiūt nocte dormiūt. Maria igit est finis dormitionis. q: fecit finē vitijs ꝛ pctis. Hiero⁹ in ꝓmone de assūpt̄. Talib⁹ enī decebat vginē oppignorari vtutib⁹ ut esset gra plena: que celis dedit glia. terris ꝑcū. pacēq̄ refudit. fidē gētib⁹. finē vitijs. vite ordinē. morib⁹ disciplinā. ¶ Scōo est initiū opationis. Nā enim aduētū xpi hoies bñ opari nō poterāt q: demōes eos ipediebāt. sed ipsa demones ipediētes expulit ꝛ hoies ad bñ opandū expeditos fecit. ps. Ort⁹ est sol. i. btā virgo. ꝛ ꝓgregati sunt. s. demones. ꝛ in cubilib⁹ suis collocabunt. i. in iferno. ꝛ sic hō ibit secur⁹ ad bñ opandū. vñ sequt̄. Exibit hō ad op⁹ suū. ¶ Tertio fuit magne sobrietatis. Hūit enī sobrietatē in vbo. q: raro iuenit fuisse locuta. Glo. sup Lucā. Si maria iuenit añ ꝓceptū apli tacē de bem⁹ post ꝓceptū apli magis doceri q̄ docē. Habuit sobrietatē in cibo. vñ dicit Amb. Si qñ maria esuriebat cib⁹ plerūq̄ obui⁹ fuit qui mortē arceret nō delitias mistraret. Hūit sobrietatē i actu licito siue ꝓiugio a quo uoluit abstinē ꝛ virginitatē ꝓseruare. vñ dixit angelo Luce. ij. Quomō fiet istud. qñ viruz nō cognosco. Ubi dicit Amb. Nō utiq̄ de effectu dubitauit. sed q̄litatē effectus inqsiuit. Et subdit Amb. Legerat enī q: virgo generaret. sz nō qñ gnāret. Nō ergo fidē rēnuit. nō officiū recusauit. sed accōmodauit affectū ꝛ spondit obsequm. ¶ Quarto sic mane est hora celebrate digestionis. sic maria nō pferebat uerba idigesta. i. imꝑmeditata ꝛ icōsiderata. sz ea ꝑ⁹ digerebat. i. diligēter examinabat. Unde dr̄ Luce. ij. Cogitabat q̄lis eēt ista salutatio. Ibidē. Maria ꝓseruabat oia vba hec ꝛc. ubi dicit Beda. Cōferebat que acta videbat hīs que agēda legerat. nō tū hec ore ꝓmēs. sed iclusa in corde suās. ¶ Scōa ps diei est meridies. i. media dies. Btā igit maria dr̄ meridies. q: ceteris scis fuit magis calida. i. dei amore accēsa. imo fuit tota i igne amoris ꝓuersa. Hiero⁹. Mariā totā repleuerat spūs sci gra. totā din⁹ amor icaluerat. ita ut in ea nihil eēt qō mūdanus violaret affect⁹. sed ardor ꝓtinu⁹ ac pfusi amoris ebrietas. ¶ Scōo fuit magis ceteris sicca. i. ab oi humore ꝓcupie penit⁹ aliena. vñ uocat̄ tra sitiēs. Ysa. liij. Et sic radix de tra sitiēti. Aug. sup illud Et vt⁹ altissimi obūbrabit tibi. ita u tnec estū patiaris libidis. ꝛ mr̄ sis creatoris. ꝛ idcirco eā dei vt⁹ obūbrat ne portās ꝑcū hūana fragilitate succūbat ¶ Tertio fuit magis clara celis. i. luce dīne sapie plena. vñ Apoc. xij. Mulier amicta sole uocat̄. i. sapie dīne splēdore. Nā sic dic̄ Beda. Qñ maria salutauit helisabeth sciam ꝑteritoꝝ pñtiū ꝛ futuroꝝ sibi dedit. Pñtiū qdē. q: ipsam matrē dei cē cognouit. ꝛ fructū uētris sui bñdixit. Preteritoꝝ aūt. q: ꝓsensum marie credētis inotuit. Futuroꝝ

bo qz a dño pficiēda que illi dicta erāt apuit. Dei de subdit. Nuis ergo dicere uel cristimare sufficit que tūc gra spūs sci genitricē repleuerat. cū tanta in mre pcursoris lux celestis emicuit. ¶ Est etiam maria iter nos z deū mediatrix effecta. de quo medio dī in ps. Dē aūt rex nr aū scla opar est salutez in medio tre. i. in maria vgine. Itē. Suscepimus de mis ficordiā tuā in medio tēpli tui. i. uti vgina lis. ¶ Tertia ps diei est uespe. In hora aūt uesp tina hō a labore qescit. cenā fac z mercedē accipit. z in domuz se recolligit. Uñ etiā dī sero a clausis seris. qz qñ uespe uenit fores serant. ut dic Isiō. Uirgo igit btā tanqz stella que dī uespus que sp solē. i. xpz pcomitata fuit. Ista qtuor post mortē fi delib suis fac. ¶ Prio nāqz a laborib suis eos qescē fac iuxta illud Apoc. xiiij. A modo iā dic spūs ut reqescāt a laborib suis. ¶ Scdo eis mercedez tribuit. Illa aūt merces est fruct uētris sui. i. fili su bñdict. ps. Cū dederit dilectis suis sōnū: ecce hereditas dñi filij merces fruct uētris. ¶ Tertio cū deuotis suis cenā fac. in q cena apponit panē vi te. illū. s. q dic Jo. vi. Ego sum panis viuus. Ecci xv. Cibauit illū pane vite z itellect. Apponit etiā cibū delectabilē. s. scipam que dic Ecci. xxiiij. Qui edūt me adhuc esuriēt. z q bibūt me adhuc sitiēt. Apponit etiā diuersa cibaria. i. diuersas resectio nes z gaudia. Prouer. ult. Dedit ptā domesti cis suis. z cibaria ācillis suis. ¶ Quarto deuotos suos in domū celestē itroducit iō uocat porta pa disi. z fenestra celi. vñ cātat ecclia. Intrēt ut astra flebiles. celi fenestra facta es. ¶ Sermo. iij.

Jlectionē duplicē hūit vgo maria. ¶ Una est q dilexit filiū suū. ¶ Scda est q dilexit gen hūanū. Filiū aūt suū dilexit dulciter fortit z sapiēter. Tā dulciter eū dilexit. q tota pre amore liqfiebat. Cañ. v. Aia mea liqfacta est. qa tota pre amore lāguebat. Cañ. ij. A more lāguco. qz tota in amore sui puersa erat. Sic eni ignis ea i que agit sibi assimilat z ad se puertit. sic ignis diuin q nouē mēsib in ei uto hitauit. eā totā ignitā fec. ¶ Scdo dilexit filiū fortit. qz p multā tribula tionē ab eius amore nō potuit separi. imo ceteris aplis in xpi passiōe fugiētib. ipsa imobilis stetit. Fuerūt eni tūc qdā fortes qztū ad amorē sic apli. Alij qztū ad amorē z corpalē associationē sed nō qztū ad fidē sic scē mulieres. Btā aūt vgo fuit for tis qztū ad amorē. Cañ. viij. Fortis est ut mors di lectio tua. Et qztū ad fidē Prouer. ult. Nō extī gueē in nocte. i. in xpi passione lucerna ei. i. fides vginis. Et qztū ad corpalē associationē. Joā. xix. Stabat iuxta crucē iesu mr ei. Amb. sup Lucā. Fugiētib aplis maria iuxta crucē stabat. tñ non pignoris mortē: sz mūdi salutē. ¶ Tertio dilexit fi liū suū sapiēter qd in trib appet. ¶ Prio qz ipz pu erū ad dei festiuitates ducebat. ¶ Scdo i b q filiū lz grauissimos dolores in cruce passurū nunqz tñ sibi dissuasit: ne crucē ascēderet. ¶ Tertio in b q lz videret filiū derideri z vulnerari. nunqz tñ sibi dissuadē uoluit ut descēderet de cruce. sz poti uo luit ire usqz ad mortez: ut ibi pseueraret. Immo ipsa stabat iuxta crucē. secū mori pata si oporteret Amb. sup lucā. Fortasse qz maria cognouerat p filij mortē mūdi redēptionē futurā. putabat aula regalis se p suā mortē publico munē aliqd adiun cturā. sz ipse xps q fact est sic hō sine adiutorio in ter mortuos liber. suscepit qdē mris affectū non qsiuit mūdi redēptionē ad hois auxiliū. Ex hiis i struunt parētes q filios suos dū adhuc sūt pueri debēt bonis opib assuefacē nec a bono pposito z a pnia assumēda eos retrahē. nec ut pniaz assum ptā deserāt eis psuadē. sz potius ipsi cū filijs uel exēplo filioz debēt se i cruce pnie collocari. ¶ Se cūda est dilectio q nos dilexit. Et ista dilectio est dupler. s. ordinata. Cañ. i. Ordinauit in me charī tatē. Et dilectio pulchra. Ecci. xxiiij. Ego mr pul chre dilectiōis. Hūit eni ipsam charitatē ordiatā. ¶ Primo ad id qd est supra se. i. ad deū pfecte obe diēdo. Nā legi dei semp obediēs fuit: sic patet in filij circūcisione. z in sui purificatiōe. ¶ Scdo ad id qd est extra se. s. ad primū ei cōpatiēdo: sic pa tet in nuptijs ubi deficiēte vino spōso cōpassa fuit ut habet Jo. ii. Ber. Deficiēte vino in nuptijs ue recūdie puiuātiū cōpassa est pijssima vgo dicens filio. vinū nō hūt. Quid eni pcederet de fōte pie tatis nisi pietas. Quid inqz mirum si pietatē exhi bēt viscera pietatis. Nōne q dimidia diei pte po mū in manu sua tenuerit reliq diei pte pomi fua bit odorē. Quātū ergo viscera illa pietatis affec. i qb nouē mēsib pietas reqeuit. Nā z aū ei mētē qz uētrē repleuit. z cū ex uto pcessit. ab aio nō recessit ¶ Tertio ad id qd ē ifra se. s. ad corp suū ipz rōni sbiciēdo z i vgitate pseruādo. Apoc. xij. Luna sb pedib ei. Luna sb pedibus eius hūit. qñ corpus mutabile sb rōne sbiecit. ¶ Quarto ad id qd ē itra se. s. ad aiam suā eā i hūilitate pseruādo. Fuās illō Deut. iiij. Custodi temetipm z aiam tuā sollicite. Ber. sup Missus ē. Hec qdē due vtutes. s. vgitas z hūilitas mtrū deo sūt accepte. Ber. Uoluit chri stus mrem suā eē vginē de q imaculata imaculat pcederet oiuz maculas purgatur. Uoluit z hūi lē de q hūilis z mitis pdiret. harū i se vtutū hoi bus exēplā saluberrimū ostēsur. ut eni sctm scōz q erat acceptura scā certi corpe mun accepit vgi nitatis. ut esset z mēte donū accepit humilitatis. ¶ Scdo ei dilectio fuit pulchra. Distinguit autez Aug. qdruplicē dilectionē. ¶ Una ē carnalis que

ē iter viz ⁊ uxorē.q̄ aliqñ ē turpis.qñ.ſ.nimis carnalr ſe amāt. ¶ Alia ē nālis q̄ ē iter patrē ⁊ filiū.q̄ ē aliqñ turpis.qñ.ſ.pr̄ iordiate diligit filiū. ¶ Tertia ē ſocialis q̄ ē iter amicū ⁊ amicū.q̄ aliqñ ē turpis.qñ ſe i malū diligūt. ¶ Quarta ē ſpūalis q̄ eſt iter deū ⁊ aiaz. Et iſta ē pulchra dilectio cui⁹ mr̄ vgo btā ē q̄ dic Eccl.xxiiij. Ego mr̄ pulchre dilectionis ⁊c. Iſta aūt dilectio pulchra in q̄tuor ꝓſiſtit. ¶ Prio i diligēdo deū. Iſtā pulchrā dilectionē reprehēdit ſe Aug⁹ nō hūiſſe i li⁹ ꝓfeſ.dicēs. Sero te amaui pulchritudo tā antiq̄.⁊ taz noua.ſero te amaui.ecce eras:⁊ ego foris.⁊ i iſta formoſa q̄ feciſti deformis irruebā:mecū eras ⁊ ego tecū non erā. ¶ Scdo ꝓſiſtit i deū diligēdo ⁊ hñdo dei ſapientiā. Prouer.xxij. Appone cor tuū ad doctrinaz meā q̄ pulchra erit cū fuaueris eā. ¶ Tertio cōſiſtit i amādo ⁊ fuādo p̄cepta ⁊ ꝓſilia dei. Prouer. iij. Vie ei⁹ vie pulchre ⁊ ſemite ei⁹ pacifice. ¶ Quarto ꝓſiſtit in puritate mētis ⁊ corpis ⁊ honeſtate cōuerſationis. Sap.iiij. O q̄ pulchra eſt casta generatio cum claritate. ¶ Sermo.iiij.

Dolorē habuit triplicē in pūti vgo maria.

D ¶ Prim⁹ fuit qñ herodes q̄rebat puerū ad interficiēdū.⁊ er b̄ in egyptū ipſaz fugē oportuit.⁊ iſte dolor cauſabat ¶ p⁹ er timore herodis ne.ſ.ip̄m puerū dū fugeret inueniret. ¶ 2⁹ er labore itineris.q̄ puella tā tenerrima ⁊ delicata. ⁊ qui ſe nouo a ptu ſurrexerat.per vias tā lōgas ⁊ aſpas ire debebat. ¶ 3⁹ er ꝓſortio hītatoris q̄.ſ.cū idolatris eā hītare oportebat.ubi p ſeptē ānos pegrina hītauit. Et iſta aūt dñi pegrinatiōe ſcōz p ſecutio deſignat. Hiero. A cunabulis eccl̄ie non defuit iniqtas p̄mēs ⁊ iuſtitia patiēs. Adhuc xp̄s i cunabulis erat ⁊ iā cogebat fugē.erulare.ſeuitiā hoſtis timē. Chryſ.ſup Mat. Ad poſt ſtelle glio ſum iditiū.xp̄s magos in pſidē remittit.⁊ ipſe cū mr̄e i egyptū fugit.ut diſcamus ab ipſis vite p̄nci pijs.ad tētationes ⁊ iſidias p̄parari.ſciētes tribulationes maximas iſepabiles comites eē vtutuz. Nā ut ſtatim ort⁹ ē xp̄s ſtatim i eū ſeuit tyrān⁹. Mr̄ Inoria i regiōe barbaroz fugat.magi tāq̄ rei clā fugiūt.ſz miſericors de⁹ meſtis reb⁹ q̄dā etiā iocūda p̄miſcet.qō certe i oib⁹ ſcis fac.quos nec tribulationes nec iocūditates ꝓtinuas hīe p̄mittit. Jō autē xp̄s potius i egyptū q̄z i aliā regionē fugit.ut ipſam ſanaret. Chryſ. Recordat⁹ ē dñs q̄ta mala fecit ſup egyptū ⁊ miſit illuc filiū ſuū.ut decē plagas egypti ut vna media ſanaret. Aug. Moyſes i egypto clauſerat die.xp̄s adueniēs clariſſimā reddidit lucē. Fugit ut illumiaret:nō ut timēt.fugit nō formidie:ſz pietate. Nā occultat iſās i egypto ut regnet ſcā maieſtas i celo. ¶ Scdus dolor fuit qñ xp̄s in tēplo remāſit:cui btā vgo dixit. Fili qd feciſti nob ſic ⁊c. Ubi vgo ponit titulū magni honoris.⁊ affectū magni doloris. Magnus honor notat i b̄ q̄ uocat eū filiū ſuū. Ber.ſup Miſſus ē. Fili qd feciſti nob ſic. Ecce marie p̄uilegiū. Quis enī b̄ audeat ageloz. Sufficit enī ⁊ p mag⁹ hñt q̄ cū ſint ſpūs ex ꝓditiōe facti ſūt angeli.i.nūcij dei. Maria vo deū maieſtatis ⁊ dñz ageloz ſuū filiuz appellat dicēs fili qd feciſti nob ſic. Dolorē aūt ſuuz exp̄mit cū ſbdit. Ecce pr̄ tu⁹ ⁊ ego dolētes q̄rebamus te. Iſte aūt dolor cauſabat ex triplici tiore ¶ Unus erat fm Origenē:q̄ timebat ne iudeos tanq̄z idignos reliqſſet.⁊ ad gētes p̄dicādas lōge receſſiſſet. ¶ Scdus erat fz eūdē q̄ timebat ne ad celū aſcēdiſſet.⁊ ad patrē q miſat rediuiſſet.⁊ ſic redēptionē nr̄az nō feciſſet. ¶ Tertⁿ erat q̄ timebat ne i manib⁹ filioz herodis deueniſſet.vñ dicit glo.ibidē. Metuebat ne q̄ herodes i eius iſantiā patrare q̄ſierat.tūc iā i puericia poſitū iuēta opportunitate inficeret. ¶ Tertⁿ dolor fuit tpe paſſiōis de quo dixit ſymeon Luc.ij. Tuā ipſi⁹ aiaz ptrāſibit gladi⁹.ubi dic Amb. Quāuis multe tribulationes trāſfoderit aiaz marie:tū hic ſpālit deſignat q̄ mr̄na viſcera trāſfixit dño i cruce moriēte.tanq̄z ſi ſymeō diceret. Mr̄nis tuis viſcerib⁹ gladio tribulatiōis trāſuerbaberis. Videbis i cruce pēdētē quē angelo nūciāte ꝓcepiſti.quē manēte vgitate filiū edidiſti. Et ſbdit idē amb. Deniq̄z illo pēdēte i cruce iudei p̄ntes ut deſcēderet iſultabāt. Apli fugiētes illū de cruce deſcēdē poſſe nō credebāt quē ut vidit maria mr̄na piaq̄z viſcera ex eiuſdē paſſione:gladio tribulatiōis trāſſigūt. Sz ut vidē poſſim⁹ q̄z tū i ea fuerit dolor videam⁹ q̄z⁹ fuerit amor. In xp̄o nāq̄z erat tripler ſuba.ſ.caro.aia ⁊ deitas. In mr̄e erat caro aia ⁊ ſp̄s. Erat igit iter mr̄ez ⁊ filiū tripler p̄iūctio.ſ.carnis ad carnē fz nāz. Aie ad aiaz fm amicitiā. Spūs ad deitatē fm gr̄am. Diſſecabat igit caro vgis videns carnē xp̄i tā crudelit lacerari. Diſſecabat ei⁹ aia. videns aiam xp̄i tā grauiter ꝓtriſtari. Diſſecabat eius ſpūs videns deitatē xp̄i tā ignominioſe tractari. ¶ Sermo.v.

Omina celi ⁊ mūdi dic vgo maria.ppter

V dñiū.ppter multitudinē ſbditoz.⁊ ppter ius dñij acq̄ſitū. ¶ Primo igit dic dña p pter dñiū. De cui⁹ dñio ipſa dic Eccl.xxiiij. Girū celi circuiui ſola.⁊ p̄ſūdū abyſſi penetraui.⁊ i fluctib⁹ maris ambulaui.⁊ in omni terra ſteti.in omni populo ⁊ in omni gēte primatū tenui. Ex quibus uerbis habet q̄ ipſa dñat in celo. Ideo dicit. Girum celi circuiui. Ipſa enim tanq̄z dña celum circuit ⁊ ubiq̄z dominiū accipit. Vel dicitur gyrum celi circuire.quia omnes ſanctos celi circuit

⁊ girat. ⁊ eos ad intercedēdū pro nobis sollicite idu
cit. Et dicit sola. qꝛ ipsa orāte oēs orāt. ipsa silente
oēs silēt. Anselm⁹. Te dña tacēte nullꝰ orabit nul
lus iuuabit. te orāte omnes iuuabūt oēs orabunt.
¶ Secō ostēdit q̄ dñat in iferno. vñ subdit. Et p
fundū abyssi penetraui. Nō enī dñat trī demoni-
bus minorib⁹ uel mediocrib⁹ qui sunt q̄si i medio
sed etiā maximis qui sunt q̄si in pfundo. Et iō nō
dicit penetraui supficiē uel mediū sz pfundū abys
si. ¶ Tertio dñat in purgatorio. iō subdit. Et in flu
ctib⁹ maris ābulaui. Et dī pena purgatorij fluct⁹.
qꝛ est transitoria. ⁊ dī maris qꝛ est amara. In illis
fluctib⁹ ipsa ābulat. qꝛ meritis suis multos a penis
illis liberat. ¶ Quarto dñat in mūdo. iō subdit. In
oi terra steti. i. in oi pplo. ⁊ in oi gēte primatū tenui.
In mūdo qdē sunt tria genera hoium. Quidam
sunt boni. Quidā sunt mali. Quidaz sunt tepidi.
Ipsa igit dñat malis eos ad pniaz reducēdo. Do
minat bonis eos in gra cōseruādo. Dñat tepidis
eos seruēter pficē faciēdo. Dñat qdē malis. i. hoi
bus terrenis. iō dī in oi terra steti. Inter pctōres
enī nō iedet nec iacet. sed stat adiuuādo ⁊ a malis
retrahēdo. Dñat ⁊ bonis. iō sbdit in oi pplo. Po
pulus enīz dī a polis qd est cīras. i. ciuiū vnitas ⁊
sigt bonos in qb⁹ vna uolūtas est. qui vicūt cū pro
pha. Una petij a dño hāc reqrā. In istis talibus
ego dñat ⁊ primatuz tenet dū eos in gra dei fouet.
Dñat etiā tepidis. iō subdit. Et in oi gēte primatū
tenui. Gētes dicunt q̄si geniti. Talis est hō qñ ad
fidē xpi conuertit tūc spūalr gnātur. iuxta illd. j.
Cor. iiij. In xpo iesu per euāgeliū ego uos genui
Quidā sunt qui tales q̄les geniti sunt pseuerāt eo
q̄ i nullo bono pficiūt nullā vtutē apphēdūt. In
talib⁹ ipsa primatū tenet. qꝛ eos ad seruēter opanduz
puocat ⁊ iducit. ¶ Secō dī dña ppter ius dñij
acqsitū. Acqrit enī aliqs dñiuz alicui⁹ rei. aut rōne
emptionis. aut rōne opationis sicut aliqs est dñs
illi⁹ rei quā opat⁹ est. ⁊ quā in esse pducit. aut rōne
electionis sicut platis acqrit ius rōne electionis.
Ego igit btā hēt ius dñandi in celo ⁊ in tra. ¶ Pri
mo rōne emptionis qꝛ cū fili⁹ su⁹ nos emerit ⁊ re-
demerit. ipsa ad hanc redēptionē faciēdā mater est
opata. nre redēptionis materiā mistrādo. Ipm fi
liū suū redēptorē nrz nutriēdo. ¶ Secō rōne opa
tionis qꝛ ipsa est mater dei cūcta in eē pdurit. ⁊ oia
que sunt filij. sunt mris. ¶ Tertio rōne electionis
qꝛ de⁹ ab eterno sibi eā in mrez elegit. ps. Elegit eā
de⁹ in hitationē sibi. ¶ Tertio dī dña ppter mul-
titudinē sbditoz. Ipsa enī hēt sbditos. suos. ami-
cos. filios. ⁊ inimicos. Serui sunt de nouo puersi
Amici sunt ei⁹ fideles ⁊ deuoti. Filij sunt in celo
bti. Hostes sūt demones ⁊ dānati. Istis q̄tuor ge
nerib⁹ subditoz diuersimode dñat qd̄ inuit Lāti.
vj. Que est ista que pgredit q̄si aurora psurgens
pulchra ut luna electa ut sol terribilis ut castrorum
acies ordinata. Seruis enī de nouo puersis dñat
tanq̄ aurora. qꝛ ab eis depellit tenebras culpe. ⁊
dat lucē gre. Amicis. i. fidelib⁹ ⁊ deuotis dñat eis
tanq̄ luna. qꝛ dat eis lucē dīne sapie ⁊ rorē celestis
gre. Filijs. i. btis dñat tanq̄ sol. qꝛ replet eos cla-
rissima dei visione. ⁊ feruētissimo dei amore. Ini
micis. i. demonib⁹ dñat tanq̄ acies ordinata mili
tū. qꝛ eos terret eos expellit ⁊ i fugā puertit. De ei⁹
dñio pōt exponi illd qd dī Gen. xxvij. Seruiāt ti-
bi ppli. i. gētiles ad fidē puersi. ⁊ adorēt te trib⁹. i.
ppls iudeoz. Esto dñs frum tuoz. i. xpianoz. Et
incuruent ante te filij matris tue. i. omnes angeli
qui sunt filij triumphantis ecclesie. que est etiam
mater virginis marie. ¶ Sermo. vj.

Domus dei est ego maria quā ipse de⁹ fun-
dauit. ps. Hō nat⁹ est in ea ⁊ ipse fundauit
eā altissimus. Fūdatā edificauit Prouer.
ix. Edificauit sapiētia sibi domū. edificatā inhita-
uit. Eccli. xxiiij. Et qui creauit me requeuit in taba
culo meo. Pōt aūt dom⁹ psiderari. put est in fieri.
Et tūc tria reqrunt. De qb⁹ sicut dicit Ambr. in exa-
meron. bon⁹ artifer prio fundamētū ponit. funda
mēto posito edificatiōis mēbra distinguit. Adiū-
git ornatū. Ista tria celestis artifer circa dom⁹
istā fuauit. ¶ Prio enī ipsaz fundauit. ps. Fundā
ta ei⁹ in mōtib⁹ scis. Per mōtes sctōs altitudo tri
nitatis itelligit. Ipsa enī fuit fundata sup altitudi
nē potētie pris. qꝛ eā in bono pfirmauit. Sup alti
tudinē sapie filij qui eā oi sapia illustrauit. Sup al
titudinē gre spūs sci. q eā in gra stabiliuit. Hō igit
de facili cadit. tū qꝛ hēt corp⁹ luteū. tū qꝛ fundam
tū hēt terrenū. tū qꝛ hēt corꝛ cinereū. De duob⁹ pri-
mis dī Job. iiij. Qui hitāt domos luteas ⁊ terre
nū hūt fundamtū. Hō qdē hēt domū luteā. i. cor
pus qd est dom⁹ aie. qd de luto ē formatū. Hēt ēt
fundamētū terrenū. qñ spez suā ponit sup mūdū.
Talis est sicut dī Mat. vj. Edificauit domuz suā
sup arenā. De tertio dī sapie. xv. Cinis est corꝛ ei⁹: ⁊
luto vilior vita illi⁹. qꝛ pre nimio ardore pcupiscen
tie ⁊ auaritie corꝛ ei⁹ est i cinerē redactū. Nō est igit
mirū si terrena domus hois cito cadit. ex quo hēt
corp⁹ luteū ⁊ fūdamtū terrenū. ⁊ corꝛ cinereū. Do
mus aūt btē marie nunq̄ cadē potuit ex eo q̄ fuit
firmiter solidata. Quāuis enī corp⁹ suū fuerit lu
teū. tū in fornace dīni amoris sic fuit pcrematū ⁊
solidatuz q̄ nihil ibi de carnalitate remāsit. Eccli.
xxviij. Vapor illi⁹ eruriet carnes ei⁹. Ysa. j. Ercoq̄
ad purū scoriā tuā. Hiero. in smone de assūptiōe.
Puto qd qcqd est credis. qcqd vtutis mētis hūa

ne si totuz adhibeas nõ sufficẽt ut cogitare ualeat q̃to ꝗgo btã cremabat ardore pij amoris. ¶ Secũdo hũit aiuz celestẽ ⁊ deificatuz. qz tot⁹ ei⁹ aius erat in dei amore ꝓuersus. Hiero. ubi supra. Non imerito de libano uenire iubet. Erat enim niue dealbata cãdid ior spũs sci mũerib⁹. Filius ꝗo fec pulchrã eius mẽtẽ. Cũ enim ipse sit splẽdor ⁊ speculũ sine macula tõ totũ uẽtrẽ suũ splẽdidũ fecit quẽ nouẽ mẽsibus ihitauit. Amb. Quid nobili⁹ mfe dei. qd splẽdidius ea quã splẽdor elegit. Pater aũt fec pulchrũ ei⁹ uẽtrẽ ⁊ mẽtẽ. qz utrũq; sctificauit. ps. Sctificauit tabnaculũ suũ altissim⁹. Cant. iiij. Tota pulchra es amica mea ⁊c. Fuit enim plchra cui⁹ uẽtrẽ filij⁹ sic illustrauit. fuit sine macula cuius uẽtrẽ spũs sctũs sic purgauit. ⁊ fuit tota pulchra cuius uẽtrẽ ⁊ mẽtẽ pater sic sctificauit. ℣ Postq̃ celestis artifex tã stabile fũdamẽtũ posuit. tã pulchꝝ edificiũ ererit. ipm edificium ornauit atq; depinxit. ponẽdo ibi triplicẽ colorẽ. s. colorẽ albũ puritatis. nigrũ hũilitatis. ⁊ rubeũ charitatis. Cant. i Nigra sum ⁊c. Ecce nigredo hũilitatis. Sed formosa. Ecce color alb⁹ puritatis. Sicut pelles salomonis. Ecce color rube⁹ charitatis. Dicit enim glo. de pellib⁹ rubricatis fecit sibi tabnaculũ salomon. Pulchra ergo cõmixtio. s. color alb⁹. niger ⁊ rubeus. qz pulchra ꝓiunctio est puritas cũ humilitate ⁊ utraq; cũ charitate. ¶ Sermo. vij.

